

Telephone :  
HENDON 1695

4 ELM CLOSE,  
SHIREHALL LANE,  
HENDON, N.W. 4

27 11 27

*Amos W. ~~was~~ riproton letter*

gratias tibi maximas, vir illustrissime, ago pro dono libri vestri ad me missi: est enim opus praeclari ingenii, utilitatis insignis. quod scribo, scribo Latine, lingua mihi iam decem per annos insueta. id facio ( et bene scio stylum facere sollocismos meum) quia Anglice tibi scribere inhonestum esset, Interlinguae adhuc mihi impossibile. Interlinguam enim "~~it-intelligibil-~~ intelligibile ad primo visu" monstras; forsitan in Italia recte, sed non in Britannia; et ubique non "scribile ad primo visu". nam deficiente grammatica facillior lingua fit lectori, scripta difficillior: a quo incipere nescimus. etiam lectori adsunt denique scrupuli nonnulli, ut sequitur. inter voces quae "vocabula" et "verba" a Varrone vocatae sunt nulla remanet distinctio: in plurimis verbis in "Schola et Vita" dubitavi et dubitavi. Occisisti id quod hodie dictum est articulum, quod saepius hanc distinctionem indicat. sed absentia articuli sola convenit lingua antiquae et lapidariae: hodie in Russica tantum, lingua difficillima, permanet modus iste. linguae hodiernae ut ita dicam deliquescunt, pro "ama-vi-t" dicimus "il-a-aimé": similiter distinctionem inter verba et vocabula, Latine flexionibus notatam, hodie notat "un" aut "le". causa altera haesitationis absentia modi infinitivi: exstat illa etiam in Anglica.

ae haec sonum e in Italia et Gallia, sed in Britannia America Australia semper sonum ai vel i.

in Apri igitur nondum mihi scribere licitum. si tamen vis hoc quod scribo in lingua vere interlinguistica sed mortuae typis imprimere, age; si quod scripsi adversus Esperantistas in

"Plebs", mittentur tibi exemplaria.  
salutationes et gratias meas accipe.

vale.

A handwritten signature in cursive script, appearing to read "Al Postgate". The signature is written in black ink and features a prominent, sweeping flourish that extends to the right and then loops back under the name.